


am 1 2



BONA VERBA
SENATUI ERFURTINO ANNUO

noviter instaurato,

VIRIS

Magnificis, Amplissimis, Consultissimis,
Prudentissimisq;

DN. JACOBO BERGERO, pri-
mum designa-
to

DN. HENRICO BRANDIO, pri-
mum renuncia-
to

CONSULI PRIMARIO, **QUATUORVIRO PRIMARIO,**

Ceterisq; Reip. Erfurtinae PATRIBUS,

Quum

Pro auspicato Regimine Deo supplicaturi,
Aedem Predicatorum VI. Id. Febr. solen-
niter frequentarent,

Fausti Ominis ergo

A Gymnasii Senatorii Rectore
& Professoribus

DICTA:

Anno ab exhibitio Messia
cl. lxx. XLVII.

Erfurti Prelo Spangenbergeriano.



TRANSITUS ANNO 1647.

Herz Jacobus Berger.	}	Raths Meister.		
Erz Heinrich Zlgen Junior.				
Erz Eusebius Mos.				
Erz Johann Heinrich Fischer.				
Erz Tobias Dehrling.	}	Vier Herren.		
Herz Heinrich Brandt.				
Erz Johann Newbaur.				
Erz Caspar Geißlein.				
Erz Hans Schwabe.	}	Cämmerer.		
Erz Georg Babler.				
Erz Diethrich Naefe.				
Erz Johann Böttiger.				
Erz Johann Freund.	}	Stadt Voigte.		
Erz Balthasar Kranichfeld.				
Erz Valentin Silberschlag.				
Erz David Diener alias Herold.				
Erz Michael Mangold.	}	Zweyermänner.		
Erz Heinrich Zlgen Senior.				
Erz Werner Schueman.				
Erz Albrecht Wilhelm Mühlpsort.				
Erz Christoph Meyer.	}	Futter Herren.		
Erz Hans Bindeband.				
Erz Hieronymus Hempel.				
Erz Barthol Schwender.				
Erz Lorenz Hesse.	}	wegen der		
Erz Nicol Galle.				
Erz Nicol Schulthes.				
Erz Jacob Lindeman.				
Erz Ludwig Hofman.				
Erz Hans Schade.				
Erz Johann Heinrich Weismantel.				
Erz Eduart Vothe.				
			}	Unter Bawherz.
	}	Schmiede. Zuchmacher. Küchener. Fleischhawer. Schuster. Schneider. Becker.		
	}	Unter Cämmerer.		

TRAN-

TRANSITUS SENIORUM
ANNO 1647.

Herz Doct. Johann Kehefeld.

Erz Henning von der Marthen.

Erz Johann Hallenhorst.

Erz Matthias Böttiger.

Erz Herbord Nacle.

Erz Christian Nassner.

Erz M. Conradus Schmid.

Erz Johann Melchior Förster.

Erz Johann Birekner.

Erz Hans Schilling.

Erz Diethrich Schmidt.

Erz Adolarius Gottschalk.

Erz Christoph Schönerstedt.

Herz Wolfgang Zünger.

Erz Joachim Gerstenberg.

Erz Henning Kniphof.

Erz Hiob Lüdolph.

Erz Heinrich Hunger.

Erz Melchior Schwengfeld.

Erz Christoph Avianus.

Erz Elias Balthasar von Brettin.

Erz Johann Waldman.

Erz Johann Wagner.

Erz Hans Brömmer.

Erz Christoph Schröter.

Erz Modestinus Stichling.

[††]

E Con-

E
Consularibus Agnomentis
Patria R. P.
OMEN HALCYONIUM.

ET nunc HALCYONE, Tethydi ter-cara marinae,
Exultim tacito gaudia finge sinu!
SORS PELAGI cujus modo jactat in æquore NIDUM,
Et GELIDI quassat vis furibunda NOTI,
Sustinet HUNC MONTIS vertex immobilis undis:
Et CALDI vegetat Stella Diurna DEI.
Sic, Sic nidificare juvat, subolemq, fovere,
Dum PELAGUS stratis flatibus omne silet!
HALCYONE liquidum modo perstrepat æthera cantu:
Gutturo gratisono fervida vota ferens:
O sit bacciferis MONS vernans semper OLIVIS:
ARDOR & ignivomi SOLIS inoceidus!

M. Liborius Capsius G. S. R.
n. n. Fac. Phil. p. t. Dec.
Sen. & P. P.

MOEnibus indulgere moventem numine cuncta
Geranis, miseros & adhuc curare Biturgos,
Hujus protendunt Solennia sacra diei:
Scilicet ut perstent sancita, semelq, coacta,
Viqve sua durent hominum consortia tuto;
Ecce! Magistratum sancivit Reclor olympi,
Ipse sua vice quem voluit tractare SECURES.
Ergo spectantes, precibus, votisq, peractis,
Hac, quam Sirius habet sacram sibi, luce, Sacerdos,
In fasces iterum patrio venisse colendo
More Senatores, Ducloribus idqve novellis,
Indubie statuamus adhuc bene velle Jehovaham
Aris atqve focis nostris pariterq, Biturgo.

Hæde-

Haecenus ergo licet fuerint decedere terris
 Plurima, & ad caeli culmen migrare coacta
 Dexteritate catâ pollentia membra Senatus;
 Attamen hae ipsa solenni luce videntes,
 Excepisse vices, spartamq; tenere
 Illorum prolem, fratres, carosq; nepotes,
 Hac sit perpetuo constans sententia mentis:
 Affore complentem sinuosa volumina caeli,
 Numine Geranis, servaturumq; Biturgos.
 Hac perpendentes tradamus ad Indos
 Deportare metus ventis, Parthosq; remotos.
 Contra sepositis agitemus dulcia curis
 Gaudia, perfusi mirâ dilectione cordis.
 Insuper & multo gemitu, maestisq; querelis
 Sollicitemus opem caelestia templa colentis,
 Ut modo selectis Patribus, vires, animumq;
 Suppeditet, vera simul & pietatis amorem,
 Absq; metu valeant cuiusvis jus dicere, nec non
 Vindice cordatè gladio punire rebelles,
 Et purâ populum sub religione tueri:
 Quo tandem tristi pulsâ formidine, lata
 Tempora fraternâ & placidâ cum pace recurrant.
 Audiat omnipotens rerum Servator ob aeo
 Vota, precesq; pio dignetur pondere promptus!

M. Johannes Schade / Gymn.
 Senatorii Collaborator &c.

Ad

Magnificum & Consultissimum Dn. consulem
 primum.

N Avis ut in tuto vigilis volat usâ Magistri
 Curâ, nec ventos, nec maris horret aquas:
 Sic Ductore pio Respublica quæq; Senatu
 Adversæ Sortis nubila nulla timet.
 Rursus ut excusso ratis alta per æqvora clavo
 Fertur, quo ponti fertq;, refertq; furor;

[+++]

Sic

Sic Rectore suo Respublica quæq; remoto
 Tristi Fortunæ turbine pressa jacet.
 Ne facies igitur nostrarum publica rerum
 Tanti sentiscat dira pericla mali,
 Sed sibi successus possit promittere faustos,
 Inq; quiete suæ velificare rei,
 BERGERUS, gemini palmaris adorea juris,
 Urbis Hierisluæ præcipuumq; decus,
 Promptus huic humeros HALLNHORSTUS ut alter, & alter
 MARTHADES properat supposuisse suos.
 Maeste PATRONE novâ Spartâ, quam Mater Hiera,
 Transmisit, lætâ suscipe sceptrâ manu.
 Nam decus incrementa tuum sic ubere fructu
 Sentiet, & cives commoda mille ferent.

Ad

Amplissimum & Prudentissimum Dn. Quatuor-
 virum supremum.

Quod felix, faustumq; fiet, celeberrima BRANDE
 Humanitatis gloria!
 Nobile committit munus tibi curia nostra
 Primarii Quatuor-viri
 Sperans fumantem titionem pacis adusq;
 Tuo sub hocce munere
 Exspiraturum flammâ, pulsog; cruenti
 Belli timore frigido,
 Exbilaraturum blandâ dulcedine fines
 Dulcissimæ Germaniæ.
 Hoc ergo voto potiantur ut ora paterna,
 Vis summa faxit Numinis!

M. Matthæus Schröter sc.

Cum Salomonæo diademate læta triumphos
 Judaici caneret natio tota Soli:
 Ad Cœlum clamor volitabat, gaudia vulgi
 Non mare, non tellus claudere jam poterant.

Turba

Turba Palatinis effusa sedilibus omnis,
Intima quam Regis noverat aula senis:
Læta precabatur Regno, Regisq; Parenti,
Læta novis sceptris: Hæc Salomonis erant.
Vivat Rex Salomo! vox una sonabar, & ipsum
Davidem superet, Nomine, Pace, Throno.
Si quæris tanti fuerit quæ causa triumphî?
Ausculta, paucis, sit manifesta, dabo.
Regis erat Pietas, Recti quoque cognita cura,
Magnus erat veræ religionis amor.
Hæc pia concordî quatiabant pectora plausu,
Hinc Cælum votis, voce strepebat humus.
Quid Tu jam facias O Erfurtina propago?
Non uno, multo sed Salomone nites.
Magnos seu Parvos inspectes sedula Patres,
Unusquisq; loco jam Salomonis erit.
Diversis equidem clarescunt dotibus, omnes
Sed Salomonæ Te Pietate colunt.
Nequaquam lento cupias torpescere somno,
Exclama quantum vox feret, atq; latus.
Exclama calidè, sit vox tua pectoris imi,
Exclama validè, vox penetretq; Polos.
Vivant ah vivant Salomones! quotquot & isto
Tempore Rex superûm vult superesse meis.
Vivant iustitia, vivant Pietate valentes,
Religione VIRI, malleus hæresium.
Sic Deus optato Te lætam cinget amictu,
Aurea sic Patriæ Fata videbis Humi.
Exesto quisquis solamina tanta malignus
Impietate nova contemnerare velit:
Astato contra, qui pectore Sponte fideli
Da Coeli Princeps hæc rata, dicat. AMEN.

M. Jacobus Zigen. P.

S Alve festa dies toti venerabilis urbi,
 Quam fluvius leni scindit Hiera vado.
 Ardua BERGERUS tangit Capitolia Consul,
 Quem decorant artes, eloquiq; nitor.
 Gloria BRANDIADUM graditur bene-fidus Achates,
 Quiq; dehinc subeunt sceptrata vetusta PATRES.
 Cortice depromant alii bona Cacuba moto,
 Quis plenis cyathis festa agitare licet:
 Pingvia colla bouum certâ feriantq; securi,
 Has quibus indulsit JOVA benignus opes.
 Nos dare vota decet. Soboles modò virginis alta
 Dignetur votis æquior esse piis.
 Ganâ FIDES, & HONOS, PIETAS, VIRTUSq;, PUDORq;
 Imperii fascas nobilitare velint.
 Det DEUS ex alto, positus ut litibus aureâ
 PACE queat tandem patria nostra frui.
 Alma parens rerum pax est nutrixq; bonarum:
 Omnia Mars contra lata abolere solet.
 Pax resonare facit divini dogmata verbi:
 Ludibrio hæc Martis ludus habere solet.
 Pace urbes villiq; alio fundamine surgunt:
 Has subito arreptas Martia flamma vorat.
 Pace vigent jura & sacrarum fœdera legum:
 Impia sed leges arma filere jubent.
 Pace quoq; uberior questus speratur egeno:
 Aut cadere, aut rapio vivere bella docent.
 Pace & splendidior locupletum opulencia fulget:
 Bello erepta dolent, relliquisve timent.
 Pace bonas artes haurit generosa juvenus:
 E bello in teneros crimina quoq; fluunt.
 Pace senes peragunt tranquilla per ocia vitam,
 Cum bello capiant tristia damna senes.
 Poscimus hinc omnes longam, bone JESULE, pacem:
 Si data, reddemus carmina grata tibi.

M. SAMUEL BOGGIUS, G. S. C.

F I N I S.

Auspicio Consulari ter salvo,

VIRI

Magnifici, Nobilis & Amplissimi

DN. JACOBIBERRIGERI,

Inclutæ Reip. Erfurtinæ primò Consulis,

*Amici, Affinis & Compatriis suis
ætatem Colendissimi.*

Quas condolere sueta, gens antiquior,
nostrâs ad occasum, vices trifariam
deperditas, en! penlat, urget, obtinet:
Avita quippe jura, pax, immunitas
quum Civibus resplendeant è nubibus
ostensa, quid, tot, æstimandum charius?

Sed BERRIGERE, Nobilis GUBERNIO,
in palmites, sub queis deinceps degitur,
erecta cedrus qui salutandus venis,
sublimioribus ter, æqui pervelim,
ut consulas, vestris quòd assurrexerim
honoribus. Quod cætui signat manus,
precor, supervenito Spartam gloria!
Primordium sis, unde posteri decus
novum, reportatum suis, hæreditent!

Gratul. gratiâ deproper.

NICOLAUS ZAPFIUS, D.

Concion. Avl. Pastor, i

Superint. Gen. & Pro-

tosyn. Assess. Vinar.

A

J. A.

J. A.

VIRO

Nobili Amplissimo & Consultissimo,

DN. JACOBO Bergern/

Inclytæ Reipub. Erfurtensis

hactenus Proconsuli,

Nunc

Bono cum DEO,

pro regimine hujus anni, recens electo

Consuli primario,

Patrono & fautori singulariter suspiciendo, peramando

S. P. P.

EXpectent alii tempus, quò metrica, vulgi
cum plausu, valvis figere vota queant:
Non potuit sufferre moras, nec stare receptis
moribus, aut vulgo se dare noster amor.
Quin, simul ac sonuit vox: est primarius ipse
BERGERUS Consul, talia vota tulit:
Vivat Musarum Decus hoc feliciter annos
Nestoreos, patriæ diva columna sua!
Vivat Bergerus Consul! Deus annue votis,
Fac valeat, vigeat corpore, mente, bonis;
Assistente Tuonitu, siet undiq; felix
Ipsius omnis honos omne & honoris onus!

Sic

Sic ego tūm: sed & hac Tibi prospera quæq; precamur
Luce sacrâ, quâ pro munere vota damus.
Calitus opto, Tibi sit ut hac provincia felix!
Felix auspiciū fiat & exodium!
Consule Te patriam, spero, pax alma reuifet,
Dante DEO, prout hanc jam gemit illa diu.
Vel si, quod nolit DEUS, in discrimine Martis
Porro sit haerendum, spes tamen ista manet:
Teq; Bonisq; aliis Clauum moderantibus, omnes
Per ventos tutum, Navis habebit iter,
Donec in aeterni juramus Lemmata VERBI
Non passi tenebras Lucis inire thronum.
Hæc damus: at tacitò longè majora uouemus
Pectore, quæ deinceps cœlica regna dabunt.
Vive Tibi atq; Tuis, vir inclute, vive patronus
Nobis, & patria sis decus atq; Deus!

Ita

Per officiosâ devotâq; mente
gratulabundus uovebat

Erfurti IV. Id. Jan. 1647.

ECCARDUS Reichner Med. D.,
P. P. & hodie Decan.

Magni.

Magnifico, Amplissimo & Consultissimo
VIRO

DN. JACOBO BERGERO

Quis recens suo Patri honoratissimo
in electionis gradu succedit,

*Domino, Patrono & Promotori suo
plurimum honorando.*

Non mihi sunt auri laminae, non munera strenz
Nomine digna, Tibi & quæ dare jure queam:
Sufficiat votum, quo Numina noxia macto,
Sufficiant stabili proque salute preces:
Vivat JACOBUS BERGERUS is optimus heros,
BERGERUS patriæ vivat honorus apex:
Vivat qui studio flagrat Pietatis, a vitâ
Qui Virtute viget, qui probitate viret:
Vivat cum Dominis Geranis unus habenas
Qui regit & patrio est Primus in Imperio:
Vivat qui regit, ut vivat quoque subditus unus
Quique inter primos quæ facienda facit:
Vivat & ò regat & videat longo ordine longos
Annorum usque perire, ire, redire dies.

(Grat.)

SEVERUS QVERNT.

ANNO
M. DC. XLVII.
mens. Januario.

BO
 SENATU
 Magnifici
 DN. JA
 BERGE
 mium de
 to
 CONSULI P
 Caterisq
 Pro auspici
 Edem
 A G
 E

17 1
 2
 VVO
 imis,
 CO
 pri-
 IARIO,
 S,
 turi,
 facta

